



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Media sententia probabilior est. c. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

titatis, cui coniunguntur: & ita non possunt esse, aut moueri in vacuo, vt ibidem probatum est. Quod si hæc tria ex se situm haberent cum relatione distantie, sicut corpus quodcumque; sequeretur, non posse de extremo ad extremum moueri, nisi per medium, id quod falsum esse disput. ostendimus. Quo fit, vt Angelus, anima, & corpus Christi, eodem illo modo intrinsece, & quam variato, possint cum corpore moueri; cum enim ille modus tantum vniat has substantias cum corpore, aut quantitate, & accidentibus; eodem modo retento, cum corpore moueri possunt, & distantiam cum illo mutare. Nam cum ex se hæc tria non habeant distantiam, nisi ratione corporis, aut quantitatis, cui coniuncta sunt, ex se etiam illam mutare nequeant, nisi ratione mutationis, quæ sit in corpore, aut in quantitate, cui coniunguntur: contra vero, vt corpus Christi incipiat esse in alijs speciebus, & anima rationalis, si posset, & Angelus in alio corpore sub eadē prioris distantia, in qua aliud erat, debet necessario modum mutare, sed non distantiam, neque enim Angelus, aut anima eodem modo se habens diuersis corporibus potest coniungi: signum igitur est, modum illius, quo corpori vnitur, ex se non inferre distantiam, sed ordinem solum cum corpore, cui coniungitur, siue in hoc loco sit, siue in alio.

Anima rationalis vnitur corpori per modum sibi inhaerentem.

Suppono autem nunc animam rationalem vniri corpori ratione modi spiritualis, quem in se habet. Neque eorum sententiam probō, qui dicunt, animam vniri corpori per modum aliquem materialem existentem in ipsa materia, vt ita defendant hominem attingere terminum generationis, quem putant esse modum quandam vnionis: nam si modus vnionis esset in anima ipsa, esset quidem spiritualis, ac proinde homo non posset generatione sua illum attingere. Quorum sententia ideo mihi non probatur: tum quia intelligi nequit anima nouiter informans materiam, quin in se ipsa aliter se habeat, ac proinde quia habeat modum aliquem vnionis: neque enim per modum solius materiae ipsa in se mutari potest, vt informet, quæ secundum se non informaret. Tum etiam quia terminus generationis neque est modus vnionis in anima existens, neque existens in materia, sed totum compositum secundum esse totius, vt 3. par. quæst. ar. 7. probabitur.

Obiectio.

At dicat aliquis, sicut Angelus habere potest modum, quo fit præsens corpori alicui, habere poterit etiam modum, quo distat ab alio: idem enim videtur esse subiectum contrariorum. Respondet, præsentiam, quam habet Angelus ad corpus, cui coniungitur, non esse præsentiam cum respectu immutabilitatis, & distantie ad puncta fixa, sed ad substantiam tantum, & quantitatem illam corporis, vbi cumque illa sit, & ita posse habere non modum oppositum distantie a corpore cum respectu immobilitatis ad puncta fixa, sed negationem coniunctionis cum illo.

Solutio.

Rogabit aliquis deinde, si Angelus esset in eodem corpore, & corpus poneretur potentia Dei absoluta in duobus locis, possetne propria virtute in illis manere? si quidem modus ille, & respectus, quem habet in corpore, solum est ad quantitatem & substantiam illius, non ad situm, & distantiam. Respondet manere posse, & tunc An-

gelum constituendum esse in diuersis locis non propria virtute, sed diuina. Nam quamuis ipse virtute sua esset in eo corpore, supposito tamen eius coniunctione, eo ipso, quod potentia Dei poneretur corpus in diuersis locis, poneretur etiam Angelus, nec Angelus hoc ipso cogere retinere corpus, cui coniungebatur, quia coniunctio eius tantum respiciebat corpus secundum se absolute, non vt in loco hoc, aut illo: neque enim miraculum illud necessario dissolutum velatum naturale coniunctionis inter spiritum & corpus: alioqui hoc ipso sine nouo miraculo dissolueretur vin. alium animæ cum corpore, accidenti cum subiecto, quod est falsum. Sicut ergo quicquid agens non possit agere in corpus, nisi in propinquum sit, tamen dum agit in illud in hoc loco, effectus etiam illius naturaliter corpori impenditur: sicut in alio loco, in quo per Dei potentiam corpus illud positum est: ita etiam dum Angelus se vnit huic corpori in hoc loco existenti, realiter vnitur corpori in alio loco, quia eius vnio non respicit hanc, vel illam distantiam a punctis finis, sed hoc corpus, vbi cumque illud sit. Quare, quous Angelus propria virtute nequeat esse in pluribus corporibus non contiguis, quia neque habere diuersos illos modos vnionis cum diuersis corporibus, potest tamen propria virtute esse in eodem corpore, quod diuina virtute in diuersis locis positum est; imo posset in diuersis locis ipsum mouere, sicut anima rationalis posset ipsum corpus in diuersis locis mouere: quod cum omnimodum dicitur de corpore in duobus locis existente, nempe cum patitur in vno loco ab aliquo agente, non patitur in alio, etiam si in alio loco habeat in se effectum illius actionis, & passionis, quæ actio, & passio denotant ordinem ad locum: quæ per ordinem ad vnum locum conueniunt corpori existenti in duobus locis, non conueniunt, vt est in alio loco, intelligendum, ad eum partem a corpore extrinsecus agente in vno loco alio loco: quis enim dubitet, hominem ab anima propria moueri posse in duobus locis, si in duobus esset?

CAPVT IV.

Media sententia probatur est.

Mediam sententiam existimo multo probabiliorem, quæ partim cum prima, partim conuenit cum secunda, & in tribus consistit. Primum est, cum Angelus loco mouetur, non mouetur corpus in quo est, sed per se, aliqua debet esse variatio motus intrinseci in ipso Angelo. Secundum est, motus secundum locum formaliter non consistit in variatione illius modi, sed in extrinseca quadam denominatione distantie a punctis finis, ac proinde terminus motus non est ille modus realis, sed distantia illa. Tertium est, cum Angelus mouetur per accedens motu corporis, in quo est, nulla fit in ipso intrinseca mutatio. Singula vero ex iactis fundamentis probanda sunt. Prima pars facile colligitur ex dictis disput. 188. cap. 7. cum enim Angelus in loco sit ratione alioquin modi additi suæ substantie, quo alicui corpori coniungitur, necesse est mutari modum, vt in diuerso corpore constituitur, sicut, si anima diuerso corpori vniretur, diuersum modum in se ipsa haberet.

Secunda vero pars ex tertia notatione corpo-

14. batur, cum enim modus Angeli, qui vnitur cor-
pori non inferat ex se respectum distantiam à pun-
ctis fixis, sed tantum vniat substantiam Angeli huic
corpori, aut illi, vbicumque illud sit, & ita quoties
mouetur corpus, & Angelus eidem corpori ma-
net vnitus non variet modum, sicut anima, dum
est in corpore, quocumque ipsum comitetur, eun-
dem vnionis retinet modum, fit, vt formalis ratio
motus non consistat in mutatione illius modi,
quæ Angelus in se habet, sed in variatione extrin-
seci respectus distantie, quæ sortitur ratione cor-
poris, Nam motus secundum locum formaliter
fit ad nouam distantiam à punctis fixis, vel ad ta-
lem modum, qui ex se eam necessario inferat: sed
modus ille Angeli ex se distantiam à punctis fixis
habere nequit, nisi ratione corporis, in quo est; er-
go motus secundum locum non consistit in va-
riatione illius modi, quem Angelus habet: dum
ergo Angelus nō motis corporibus ipse mouetur
quia successiue diuersis corporibus vnitur, non eo
formaliter mouetur, quod in se mutet modum il-
lum vnionis cum corpore, sed quia mutet diuer-
sam distantiam, quam non ex se, nec ex modo illo
primarie habet, sed ex corporibus, quibus vnitur:
ac proinde respectus tantum extrinsecus in eo est.
Differentia enim inter modum, quem habet cor-
pus ex sua quantitate, & quem habet Angelus vo-
luntate sua, manifesta est, vt locis citatis notau-
imus, quia modus corporis ex seipso infert neces-
sario respectum distantie à punctis fixis, non autem
substantia Angeli per se, nisi ratione corporis,
cui coniungitur, vt in ea disp. 29. cap. 3. mon-
stratum est: modus autem quo corpori coniungitur,
idem omnino est in diuersis distantijs, si eidem
corpori semper adsit, sicut de anima rationali in ea
tertia notatione dicebamus.

Obijciat tamen aliquis hoc modo, Quoties in
aliquo mobili est motus per extrinsecum respec-
tum, necesse est, illum motum in alio intrinsece
esse, nihil enim extrinsece denominatur, nisi à
formam alio subiecto formaliter existente: atqui
in eo casu nihil est, quod moueatur motu sibi in-
herente, ergo nec Angelus extrinsece dicitur
moueri. Respondeo, multa extrinsece denomi-
nari, non à forma eiusdem rationis existente in
alio, sicut denominatur paries dexter à dexterita-
te animalis, sed aliqua extrinsece denominari à
forma contraria, vt creatorem à creatura, & visi-
bile à visu, interdum etiam denominationem ex-
trinsecam desumi ex circumstantijs omnino ab-
solutis, vt diximus disputatione 115. capite 2.
semper autem verum est, omnem denominationem
extrinsecam ab aliquo reali desumi: sic ergo
Angelo conuenit extrinseca denominatio mo-
tus secundum locum ex varijs distantijs corporis,
quibus successiue coniungitur, quia ex illis etiam
dicitur successiue distare: cum enim secundum
se non habeat situm distantie, sed ratione corpo-
ris, cui coniungitur, & varijs corporibus, aut varijs
partibus eiusdem successiue vnitur, efficitur,
vt etiam successiue distare dicatur, ac proinde
moueri.

Tertia pars nostræ sententiæ ex dictis quoque
facile potest probari, quoniam Angelus, vt con-
iungatur alicui corpori, & in illo aliquo modo di-
catur esse, debet quidem habere super suam sub-
stantiam aliquem modum, vt dictum est, ita vt
quoties manet coniunctus corpori, vbicumque
Vagus in 1. p. tom. 2.

illud sit, aut quocumque moueatur, semper reti-
neat eundem modum, sicut anima, dum est in
corpore, & Christus in Eucharistia: si ergo cor-
pus, in quo Angelus est, moueatur, & ipse semper
in eo permaneat, mouebitur quidem, nulla in
ipso mutatione intrinseca facta, non solum, in
qua formaliter consistat motus secundum locum,
sed & quæ aliquo modo priori, vt in secunda par-
te dicebamus. Cum enim Angelus ex se distan-
tiam non habeat, nec ex modo aliquo sibi intrin-
seco, sed extrinsece tantum ex corpore, in quo est,
sicut Christus in Eucharistia, & anima in corpo-
re, & hanc distantiam cum corpore mutet, & hoc
ipso secundum locum moueatur, consequitur,
vt motus secundum locum, quo dicitur moueri
extrinsece, tantum ipsum denominet: cumque
semper retineat eundem modum, quo coniungi-
tur corpori, quando manet in eodem, cum illo
mouetur, nulla etiam in ipso facta intrinseca mu-
tatione, quæ sit prior motu locali, sicut fit in casu
secundæ partis. Hoc ergo genere motus Angelus
per accidens motu corporis, nō tantum efficien-
ter, sed etiam formaliter, hoc est, ab ipso motu
corporis denominatur moueri eodē modo, quo
anima, quando cum corpore mouetur: quis enim
dicat, animam peculiarem modum loci, & distan-
tiam in seipsa acquirere? Sic enim non per acci-
dens, sed per se, hoc est, proprio motu mouere-
tur, nec à se, nec à mouente corpus moueretur,
sed ab eo, qui ipsam corpori præsentem conser-
uat, sicut de Christo nonnulli perperam arbi-
trantur, dum in Eucharistia mouetur, vt subinde
dicemus.

Ea igitur, quæ diximus confirmari, & explicari
magis possunt exemplo corporis Christi in Eu-
charistia, quod per accidens tantum necessario
dicendum est moueri motu specierum, & à mo-
uente species. Sic docuerunt S. Th. 3. p. q. 76. art. 6. S. Thom.
& Caiet. & recentiores Thomistæ ibidem, Plaudan. Caietan.
in 4. d. 10. q. 3. art. 3. Ricardus ar. 1. q. 1. Scotus q. 6. Paludan.
autem est manifesta: nam verba consecrationis, Ricardus
& Deus eorum ministerio hoc tantum præstant, Sotus.
vt Christus sit præsens speciebus, non prout in
hoc tantum loco, vel in illo, sed vt tales species
sunt: modus ergo intrinsecus, quem habet Chri-
stus, vt vnatur speciebus, non infert ex se distan-
tiam ad puncta fixa, sed ratione ipsarum specierum
Christus distare dicitur. Cum igitur aliquis spe-
cies ipsas mouet, hoc ipso necessario tribuit effi-
cienter Christo, distantiam specierum, per acci-
dens ergo ipsum mouere dicitur, non per se, sed
per accidens motu specierum, in quibus est. Simi-
liter, qui moueret anulum, in quo demon, aut
Angelus esset necessario, moueret Angelum hoc
ipso, quod ipse Angelus seruaret modum vnionis
cum annulo, aut si motus specierum Sacramenti,
aut annuli non deriuaretur extrinsece in Christi
corpus, aut in Angelum, sed proprio motu sibi in-
herente mouerentur, sequeretur Christum à sa-
cerdote non moueri, nec Angelum ab eo, qui an-
nulum deferret: sed corpus Christi à solo Deo, qui
in speciebus ipsum cōseruat, & Angelus à seipso,
qui in corpore seipsum continuo detinet moue-
rentur, quæ omnia libenter faterentur Scotus in 4. d. Scotus.
10. quest. 6. Maior. quest. 6. Gab. quest. 1. art. 2. concl. 10. Maior.
& in canonem lect. 47. lit. H. eo quod patet, Chri- Gabriel.
stum in Eucharistia propriam habere distantiam,
in qua à Deo proxime conseruatur: id autem

R. 2

sequi

Cum An-
gelus moue-
tur per ac-
cidents non
mutatur.
intrinsece.

16.

17.

18.

sequi manifestum est, nam ab eo efficitur motus, à quo etiam efficitur distantia, sed distantia in corpore Christi efficitur à solo Deo, si habet aliquam sibi propriam, ut manifestum est, ergo ab eo solo mouetur. At hoc absurdum esse, quis non videat? hinc enim sequeretur, sacerdotem rogatum, quid secum deferat, non posse respondere, corpus Christi, quia non ipse mouet, neque defert corpus Christi, sed ipse Christus seipsum defert: idem de Angelo in annulo existente, qui cum eo mouetur, dicendum est. Cum igitur ille, qui mouet species, aut corpus, mouere dicatur Christum, aut Angelum, sic, ut Christus, & Angelus motu per accidens moueantur ab ipso motu corporis, aut specierum extrinseca solam denominatione deriuato.

CAPVT V.

Satisfit argumentis, quæ nostra sententia opponuntur.

Ceterum cum nostra sententia media quadam via inter oppositas incesse, necesse habet argumenta diluere utriusque opinionis, quatenus ipsi aduersari videntur.

Prima opinionis argumenta diluuntur.

19.

Ad primam rationem Licheri 1. cap. allatam respondeo, non omnem motum realem debere esse intrinsece in ipso mobili, quod realiter moueri dicitur, sed mobile talem denominationem subire posse extrinseca tantum denominatione, siquidem multæ aliæ denominationes extrinsece rebus denominatis cum hac particula, *realiter*, tribuuntur: dicimus enim, Deus realiter creat & tamen creare dicitur, non creatione in se ipso intrinsece, sed in creatura existente: illa enim particula *realiter* non denotat intrinsecam inhesionem formæ, sed reale fundamentum, ex quo denominatio desumitur: sic etiam in nostro casu ea, quæ dicuntur moueri per accidens, realiter dicuntur moueri & mutare distantiam, sicut anima in corpore, & musica anima: cum tamē in se nec motum, nec distantiam intrinsece recipiant, sed per extrinsecā denominationem earecipere dicantur: id quod multi viri docti, quos cap. 2. allegaui, de motu etiam corporū, quæ mouentur per se, verū existimant & Arist. id non obscure indicant.

Ad secundam rationem respondeo, Angelum quidem moueri per se, & per accidens, ut in 2. & 3. parte nostræ sententiæ explicatum est, neutro autem modo moueri motu intrinsece sibi inhaerente, eo quod distantia, ad quam se motus localis, nullo modo intrinsece conueniat Angelo, nec ratione sui, nec ratione corporis, in quo est, & extrinsece: semper tamen fit intrinseca aliqua mutatio, ex qua prouenit denominatio illa extrinseca motus secundum locum. Primum, cum mouetur Angelus per se, semper variatur in eo motus extrinsecus, quod corporibus vnitur: deinde, cum mouetur per accidens motu corporis, in quo est, semper mutatur intrinsece corpus, cuius motu secundario & per accidens Angelus dicitur moueri.

20. Sea dices, Si Angelus, quando mutat diuersa corpora in diuersa distantia, dicitur moueri extrinseca denominatione tantum, & nunquam mouetur motu intrinsece inhaerente, efficitur moueri semper per accidens: id enim quod per se primo mouetur, habere debet in se motum intrinsece. Respondeo moueri per se primo, non esse moueri intrinseca denominatione, nec moueri per ac-

ARTIC. II.

cidens, esse moueri extrinseca denominatione: quia interdum aliquid mouetur intrinseca denominatione; quod per accidens mouetur, sicut per integrans in toto, sed moueri per se primo, ut moueri, non motu alterius, nec alio primo motu, sed proprio motu, siue ille intrinsece denominationis, siue extrinsece: & quia dum Angelus per alium modo mouetur, non mouetur motu aliam, sed motu sibi proprio, etiam extrinsece tamen denominante, primo & per se moueri dicitur: contra vero motu corporis mouetur, per accidens moueri dicitur, quia motus corporis ipsum secundario denominat.

Ad tertiam rationem parer solutio ex dictis, & ipsa confirmationem secundæ partis, videtur. dum Angelus per se mouetur, mutari quidem motum realem intrinsecum, sed in eius mutatione non consistere motum formaliter, quia motus illa se non est causa distantie, in cuius variatione posita est ratio formalis motus secundum locum, sed totam distantiam Angelo secundario prout ex corpore, cui coniungitur.

Rationes vero 2. & 3. allatæ pro sententiâ 2. & aliorum nihil contra nostram probare possunt: nos enim scemur, motum Angeli secundum locum siue per se, siue per accidens Angelo conueniat, in extrinseca denominatione positum esse. Ceterum quia non putamus verum id, quod sumunt, & in vniuersum de corporibus dicunt, illis etiam satisfaciendum est. In primis ego dicimus corpora moueri ad formam sibi inhaerentem, quam appellamus *vi*, hæc enim oritur ex propria passione ipsius quantitatis, quam habet comparatione ad aliud corpus, ut cap. 3. in tertia notatione notabamus, fateor quidē S. Th. & Arist. in 2. cap. allegatis vehementer in eam sententiam inclinare, quæ dicit, motus secundum locum corporibus non fieri ad formam intrinsecam, sed eos interpretari velimus de forma inhaerente, quæ sit dispositio ad corruptionem: nihil loquimur, quod habilius videtur, collimere ipsi loquutioni, quæ mouet, formam intrinsecam, quæ dicitur in 2. cap. illius variatione motum secundum locum collocare. Ratio vero ibidem allata nihil probat, quod motus secundum locum non fiat ad locum conuenientem, qui est vltima superficies corporis inhaerentis immobilis, sed ad modum illum conuenientem corpori, qui dicitur *vi*; alioquin nec cælum nec in vacuo corpus moueri posset, nec primum mobile ex sententiâ ipsius Arist. quoniam ipse putat in loco non esse: ac corpus in vacuo, & extra cælum moueri certe posset, etiam si supra disput. 25. cap. 3. Ad 3. tamen ea, quæ dicunt motum secundum locum fieri ad formam intrinsecam, ipsam vero motum intrinsece modum inhaerere, secum pugnantia docere, ut supra cap. 3. probaui.

Ad rationem vero Greg. Ariminentis eodem cap. adductam respondeo, quoties corpus quodlibet in aliquo puncto, habere modum illum *vi* inuisibilem quidem, quem tamen, cum incipit moueri, relinquit per vltimū esse in loco, quod vltimū non esse motus, sed in quouis instanti motu esse motus eodem modo habere formam inuisibilem, quæ eodem modo relinquitur, quæ carari potest ad aquata quantitatis corporis in instanti motus acquiri certe formam *vi* inuisibilem, quæ latitudinem habet, & dicitur conuen-